

## Vorbemerkung:

Der folgende Text ist in angemessenes Deutsch zu übersetzen und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Fragen sprachlich zu erläutern.

## I. Übersetzung:

Atque ea nimirum quaecumque Acherunte profundo	1
prodita sunt esse, in vita sunt omnia nobis.	2
nec miser inpendens magnum timet aere saxum	3
Tantalus, ut famast, cassa formidine torpens;	4
sed magis in vita divom metus urget inanis	5
mortalis casumque timent quem cuique ferat fors.	6
nec Tityon volucres ineunt Acherunte iacentem	7
nec quod sub magno scrutentur pectore quicquam	8
perpetuam aetatem possunt reperire profecto.	9
quamlibet immanni projectu corporis exstet,	10
qui non sola novem discessis iugera membris	11
optineat, sed qui terrai totius orbem,	12
non tamen aeternum poterit perferre dolorem	13
nec praebere cibum proprio de corpore semper.	14
sed Tityos nobis hic est, in amore iacentem	15
quem volucres lacerant atque exest anxius angor	16
aut alia quavis scindunt cuppedine curae.	17
Sisyphus in vita quoque nobis ante oculos est,	18
qui petere a populo fasces saevasque secures	19
imbibit et semper victus tristisque recedit.	20
nam petere imperium, quod inanest nec datur umquam,	21
atque in eo semper durum sufferre laborem,	22
hoc est adverso nixantem trudere monte saxum,	23
quod tamen e summo iam vertice rusum	24
volvitur et plani raptim petit aequora campi.	25
deinde animi ingratam naturam pascere semper	26
atque explore bonis rebus satiareque numquam,	27
quod faciunt nobis annorum tempora, circum	28
cum redeunt fetusque ferunt variosque lepores,	29
nec tamen exemplum vitai fructibus umquam,	30
hoc, ut opinor, id est, aevo florente puellas	31
quod memorant laticem pertusum congerere in vas,	32
quod tamen expleri nulla ratione potestur.	33

## II. Sprachliche Erläuterungen:

1. Erläutern Sie *divom metus* (v. 5)!
2. Erklären Sie den Modus von *scrutentur* (v. 8)!
3. Erklären Sie die Form *exest* (16)!
4. Erklären Sie *nixantem* (v. 23) morphologisch, semantisch und syntaktisch!

